



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

140. An certus de debito, dubius autem an soluerit, teneatur soluere? Et an in tali casu debitor teneatur ad integram solutionem debiti, vel tantum ad partem, maxime quando etiam creditor dubius sit, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

nè, quæstio est, an hoc casu ad integram solutionem teneatur? Ita probabiliter aliqui, tum quia factum in dubio non præsumitur, tum quia creditor iure & actione sua, quam semel cum habuisse constat, in dubio privari non debet. In oppositam verò partem offert se ratio itidem probabilis, quod debitor non teneatur ad solutionem integram, sed tantum ad partem debiti, secundum dubij proportionem; quia æquitas non patitur, ut debitor sine culpa sua magno periculo subiciatur bis soluendi integrum debitum; creditor autem qui & ipse, ut pono, tale dubium non diffidet, nullo periculo expositus sit. Profecto in hoc casu neque creditorem condemnare, si integram solutionem recipere, neque debitorem, si integram solutionem facere omitteret; idque ob diversas probabiles, quibus utraque pars nititur, rationes. Ita Layman, & ego, quicquid in contrarium eriam probabiliter asserat Sanchez in *sum. rom. 1. lib. 1. c. 10. n. 12.* & Merolla *rom. 1. disp. 3. c. 3. dub. 2. num. 65.*

RESOL. CXL.

An certus de debito, dubius autem an soluerit, teneatur solvere?
 Et an in tali casu debitor teneatur ad integram solutionem debiti, vel tantum ad partem, maxime, quando etiam creditor dubius sit, an debitum sit satisfactum?
 Et an commodatarius dubius, an sua culpa commodatum perierit, teneatur ad restitutionem, quia in contractibus quis tenetur tantum de dolo, & lata culpa, qua constituat peccatum mortale?
 Idem, quod dictum est de commodatario, dicendum est de depositario, locatore, seu conductore. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 49.

Sup. contentis in hoc §. r. magis late in Ref. præterita per totam, & in aliis §§. eius annot.

§. 1. **R**espondeo quod certus de mutuo, aut altero debito & dubius, an soluerit, tenetur ad solutionem. Sed hæc sententia limitatur primò à Tannero in p. 2. disp. 2. q. 9. dub. 4. n. 48. nisi creditor etiam dubius sit, an debito sit satisfactum, tunc enim putat debitorem non teneri ad restitutionem, quia in tali casu melior est conditio debitoris possidentis. Secundò limitatur à Laym. in *Theol. mor. lib. 1. tract. 5. c. 6. in fine*, ut in tali casu debitor non teneatur ad integram solutionem debiti, sed tantum ad partem.

Sup. hoc infra in Ref. 141. & hic infra in fine §. penult. & seq. huius Ref.

2. Notandum est etiam hic obiter quod Gallettus in *marg. casum conscient. ver. commodatum, & ver. dubium*, tenet quod commodatarius dubius, an sua culpa commodatum perierit, tenetur ad restitutionem. Contrariam verò sententiam tenent Henricus lib. 14. c. 15. in fine. Sanchez de *matrim. lib. 2. disp. 41. num. 18.* Lessius lib. 2. c. 27. dub. 3. in fine, & alij maxime quando dubium est æquale. Et ratio est, quia delictum in dubio non præsumitur, ut patet in *l. merito ff. pro socio*. & hæc opinio confirmat doctrinam valde notandam, quam tenent Sotus de *iust. lib. 4. q. 6. art. 2.* Ledesma in 2. p. 4. q. 8. art. 6. concl. an. penult. §. sed dubitatur. Toletus lib. 5. c. 18. Henricus lib. 14. c. 3. n. 1. Emanuel Sà ver. culpa, n. 2. asserentes in contractibus quempiam teneri tantum de dolo, & lata culpa, qua constituat peccatum mortale. Et hanc sententiam cum Lessio lib. 2. c. 7. dub. 8. n. 43. probabilem esse existimo, licet contrariam sequantur Azorius *rom. 3. lib. 7. de commodato c. 7. qu. 1.* Molina *tom. 2. disp. 29. n. 10.* Rebellius p. 2. l. 16. quæst. unica de *commodato*. Caietanus in 2. 2. q. 6. art. 5. Nalacè, & in hac uarrus c. 17. n. 184. Gomezius *rom. 2. variar. resol. c. 7. nu. 2.* existimantes sufficere in hoc casu ad obligationem restitutionis culpam iuridicam, quia, ut bene obferuant Maior in 4. disp. 15. q. 45. & Molina *10. 2. disp. 293. n. 24.* cum aliis, non semper habet coniunctam

Sup. hoc in duabus Ref. seq. & in 3. §. vlt. & lege supra latam doct. Ref. 119. & signat. Nec obstat, & in 1. 8. tr. 1. Ref. 23. 24. & 25. Vbi vlt. Ref. Vide §. Terrio, à ver. sic. & commodatarius.

culpam theologicam, imò aliquando potest esse sine peccato, etiam veniali.

3. Sed his non obstantibus nostræ sententia est probabilis, ut ipsimet Authores contrariæ sententiæ fatentur, & inter illos Laym. in *Theol. mor. lib. 3. scilicet. s. tr. 3. part. 1. c. 6. n. 4.* & ideo non obligarem ad restitutionem, si aliquis adhiberet diligentiam communem, que faceret latam culpam iuridicam, si hoc proveniret ex naturali obliuione, ita ut excusaretur quis à peccato mortali. Rectè igitur dicendum, quod commodatarius non tenetur ad restitutionem, si res commodata absque eius culpa theologica perit, & in consequentia non tenetur ad restitutionem, quando dubitat, an culpa sua perierit, quia in dubio culpa theologica, seu peccatum non præsumitur.

4. Et hæc omnia à fortiori procedunt in depositario dubitante, an depositum culpa sua perierit, maxime quando depositum factum est in commodum deponentis. Ita docent Sanchez de *matrim. lib. 2. disp. 41. nu. 18.* Lessius lib. 2. c. 27. dub. 3. in fine Henricus lib. 14. c. 15. in fine Rebellius p. 2. l. 16. quæst. unica de *deposito*. Et quod dictum est de commodatario, & depositario, aliquid etiam probabiliter extendunt ad locatorem, seu conductorem. Quæ omnia valde notanda sunt à Confessoribus, & Responsoribus casuum conscientie, ut non obligent ad restitutionem, si aliqui in his casibus nolent restituere, ut ego alibi etiam adnotavi.

Sup. hoc infra in Ref. 141. & hic infra in fine §. penult. & seq. huius Ref.

RESOL. CXLI.

Sæpius in praxi occurrit ista quæstio: Ex quam culpa teneatur depositarius, quando perit penes ipsum res deposita?
 Et quid in foro conscientie in ordine ad restitutionem, an requiratur lata culpa theologica, & mortalis, vel leuis, & leuissima?
 Ex quo inferunt idem dicendum esse de bullariis, cauponibus, nautis, sartoribus, fullonibus, & habentibus curam molendini, & domorum publicarum, & aliis similibus. Ex p. 1. tr. 8. Ref. 74.

§. 1. **C**ommuniter DD. sic respondent: quando depositum fuit gratiam tantum in gratiam solius deponentis, depositarius in hoc casu tenetur tantum de dolo, & lata culpa; sed, si accipit aliquid pro deposito seruando, tenetur etiam de leui culpa, & leuissima, dummodo non se offerat in depositarium: nam tunc, cum depositum factum sit in gratiam ipsius depositarij, tenetur etiam de leuissima, ut etiam, si adesse pactum, Ita Molfesius in *sum. rom. 2. tract. 12. c. 15. n. 44.* & seq. Megala in 2. 2. lib. 2. c. 18. q. 2. num. 12. Turrianus in 2. 2. tom. 2. disp. 11. dub. 5. n. 8. Barthol. à S. Faulto in *spec. Confess. disp. 8.* Reginaldus in *praxi, tom. 2. lib. 25. c. 46. sect. 1. n. 563.* & seq. Azorius p. 3. lib. 7. c. 7. qu. 1. & seq. Molina de *iust. rom. 2. tract. 2. tota disp. 527.* Sotus l. 4. de *iust. q. 7. art. 2.* & alij.

Sup. hoc infra in Ref. 141. & hic infra in fine §. penult. & seq. huius Ref.

2. Hinc inferunt DD. supracitati, & præcipue Molina n. 4. quod bullarij, cauponæ, & nautæ comparatione eorum, quæ in nauim, vel hospitium conferuntur, & qui curam molendini habent, comparatione tritici, quod, ut molarum, asportatur; & qui curam habent domorum publicarum, ut sunt datarij, ubi aliquæ res conferuntur, vel venduntur, & inde commodum aliquod habent; item, sartores, & fullones, & alij similes; hi omnes tenentur de leui culpa: quia, ut supra diximus, res depositæ etiam cedunt in ipsorum commodum, propter contractum locationis, & conductionis cum deposito coniunctum. Imò, & aliquando secundum aliquos tenentur de culpa leuissima.

Sup. hoc infra in Ref. 141.

3. Sed hæc omnia, licet vera sint; tamen censeo, illam opinionem esse probabilem, & tutam in praxi, quæ